

Vel carnalibus præ timore redactionis sui in seruitutem spiritus. Cum autem spirituales timent, nihil de sua virtute confidentes, videbunt filium hominis venientem virtute magna, & maiestate, ferentem auxilia opportuna. Fides enim est Deus (ait apostolus) & non permittit vos tentari super id, quod potestis, sed facit cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere 1. Cor. 10.

Tunc quærent latitare in cauernis maceræ, siue petræ. s. vulnerum Christi cum sponsa in Canticis, & dicere motibus, & collibus. i. sanctis maioribus, & minoribus, Cadite super nos, ponderate orationum, & operite nos, auxilio meritum. Facit ad idem illud Hebr. 11. Circumierunt in melotis, in solitudinibus, in montibus, & cauernis. Et his fieri incipientibus, nondum factis, leuate capita vestra &c. Sicut infirmus cui prædixit medicus, quod operante medicina salutem, tales inducet viscera torsiones, & puncturas, dum accidit labor huiusmodi sicut prædixit medicus gaudet, sperans quia appropinquat sanitas corporalis. Ita & his in nobis incipientibus, dum contenebatur sol naturalis intelligentie dans locum luminis gratiæ &c. gaudendum est nobis spiritualiter in tribulatione. Sicut beatus Iacobus hortatur, Omne gaudium existimate, inquit, cum in varias incideritis tentationes, eiusdem i. scientes, quod non aliter spei nostræ caput leuare possumus hic, & in futuro &c. & tantum de illo.

DOMINICA III.

Aduentus. Sermo I.

in ordine V.

Præparatione hominis spiritus ad aduentum Christi mentem.

RENUNCIATE Ioanni, quæ audistis, & vidistis. Mat. 11.
Sæcta mater ecclesia in hoc sacro tempore aduentus domini, quod præparatorium est ad futuram festiuitatē dignè celebrandam, firmissima salutis nostræ ponit fundamenta, vel verius fundamento dudum posito nos inserere

conatur & vnire. Fundamentum illud Christus est, dicente apostolo 1. Corinth. 3. Fundamentum aliud nemo ponit præter id quod positum est, quidē Xps Iesus. Huic fundamento inhaeremus, & coniugimur. Primo per fidem Christi, propter quod, & fides ipsa cæterarum virtutum fundamentum dicitur. Hebr. 11. Fides est substantia rerum sperandarum. substantia. i. fundamentum substans. Agit ergo studiosè ecclesia vt ostendat Iesum Mariæ filium esse Christum in lege, & prophetis promissum, dum ea legenda, & canenda proponit, quibus doceamur hæc esse completa in domino Iesu, quæ de venturo Christo dudum per prophetas sunt prædicta. Ideoque præsens euangelium legi statuit, quia in eo describitur, quomodo dominus Iesus discipulis Ioannis, & in eis omnibus fidelibus, se illa operari in languentium sanatione demonstrauit quæ dudum de venturo Christo per Esaïam fuere prophetata. Quæ tamen & nos ita accipere possumus, vt ad litteram fides nostra solidetur, & per mysterium actiones nostræ dirigantur, quatenus ad aduentum eius spirituales, quæ mentes suorum sanctificatiuè inhabitat cõgruè disponamur. Conferat autem ad hanc dispositionem plurimum, si Ioanni mystico. i. menti, aut portioni rationis superiori fideliter præsentamus quæcunque de Christo, & eius operibus legendo videmus, vel audiuius, secundum verbum Christi dictum missis præcurforis sui discipulis. Renunciate Ioanni, quæ audistis, & vidistis. De quibus pro gratia. Ave Maria. Primo euangelium quo ad primam eius partem (dimissa secunda de Ioannis commendatione) tractabitur ad litteram. Secundo ad morum instructionem per tropologiam.

Quia ergo discipuli Ioannis adhuc carnales, & infirmi, indiscretè pro magistro suo zelantes, Christo, & eius famæ inuidebant. (Vnde dixerunt, Rabbi, qui erant tecum trans Iordanem, cui testimonium perhibuisti, ecce hic